tum seu in sacris consistencium absolvere' non habeant, sed eosdem 'ad' sedem apostolicam 'vel nos remittere' teneantur. 'Similiter' absolvere 'non' debent 'incendarios ecclesiarum, nisi dampno resarcito. Symoniacos' autem 'in beneficio' ex 'pacto vel contractu' ad 'dictum priorem' remittant. 'In symonia' vero 'in ordine' vel ex 'consuetudine commissa quilibet' huiusmodi confessorum 'absolvere poterit. In absolucione eciam inpendenda' provideant 'confessores, quod non dispensent. Habeant eciam' huiusmodi confessores potestatem 'dispensandi super irregularitate generaliter contracta absque declaracione speciali et cum illis, qui se non in contemptum clavium' excommunicacionis, suspensionis vel interdicti sentenciis ligati ignoranter 'divinis inmiscuerunt. Illos' vero, 'qui excommunicacionis sentenciis, quam incidisse declarati fuerunt', ligati 'divinis se' ingesserunt, pro 'dispensacione ad' dictum priorem 'remittant'. Eidem eciam priori cistas, in quibus contribuciones, quas christifideles ad huiusmodi indulgencias promerendas dare voluerint, ponendi presentibus concedimus plenam potestatem, ad quas dictus prior unam dilectusque nobis in Christo Sifridus Schrunteri dicti domini lantgravii secretarius[6]) aliam reliquamque proconsules pro tempore dictorum opidorum ⟨clavem⟩ habeant.

Volumus autem, quod huiusmodi indulgenciarum concessio feria secunda post dominicam Misericordia Domini proxime futuram incipiat[7]) post festum Corporis Christi proxime futurum[8]) minime duratura.

---

10 prompciores: prumpciores 19 ut: et 31 sentenciis: sentencias 34 quas: quam.

---

[1]) *So laut Z. 11. Dem widerspricht hingegen, jedenfalls für die Diözese Mainz, die Terminierung in* Nr. 2108 *Z. 20f. und in* Nr. 2109 *Z. 4f., nämlich vom 2. Februar bis zum 16. April 1452.* Nr. 2108 *und* 2109 *hatten mit Aschaffenburg und Fritzlar (s. dort Z. 21f. bzw. 4f.) freilich zwei Städte des erzstiftischen Territoriums als Besuchsorte für die Ablaßgewinnung bestimmt, während dem Landgrafen von Hessen mit Marburg und Kassel nunmehr zwei Städte seines eigenen Territoriums gewährt wurden. Möglicherweise steht sein entsprechender Wunsch hinter der Ablaßerneuerung* Nr. 2336 *von 1452 III 7.*

[2]) *Warum* Nr. 2336 *gerade in Böddeken kopiert wurde, ergibt sich aus einem hinter f. 400 eingehefteten Zettel mit der Notiz:* Ego frater Iohannes prior Carthusie in Hassia comissarius deputatus etc. pro deputandis confessoribus pro consequenda indulgencia plenarie remissionis etc. in Cassel et Marpurg absens tanquam presens presenti scripto deputo confessores sacerdotes, quos miserint religiosi patres in Bődiken pro huiusmodi negocio, et committo ac tribuo eis auctoritatem absolvendi preterquam in casibus reservatis per me in scriptis relictis confessoribus, quibus per omnia possunt se conformare usque ad reditum meum. Cum quibus tunc disponere intendo, prout spiritus divinus sugesserit. In cuius signum presentem cartulam manu propria conscriptam in Cassel reliqui. *Rückseitig von der Hand Valberts:* Fratres missi ad confessiones in Kassele ex Bodeken fuerunt fr. Iohannes Lemego, fr. Iohannes Valbert. *Johannes Lemego war bekannt mit dem Leibarzt des Erzbischofs von Magdeburg, Thomas Hirschhorn, dem NvK* De sapientia *zur Kopierung gegeben hatte; s.o.* Nr. 1377. *Vgl. hierzu Senger, Thomas Hirschhorn 227, sowie h ²V p. XXII, mit dem Hinweis, daß Lemego 1462 eine Handschrift von* De sapientia *zur Basler Kartause gebracht haben könnte; ferner: Segin, Böddeker Chorherrn 241.*

[3]) *Soweit dies Mainz anlangt, s.o.* Nr. 2108 *und* 2109.

[4]) Nr. 2337.

[5]) *Z. 20–32 weitgehend wie* Nr. 1549 *Z. 36–50 und* Nr. 1600 *Z. 2–15.*

[6]) *Demandt, Personenstaat 786f. Nr. 2756 und 1246 s.v. 'Schrunter, Siegfried'. Er stammte wie der Sekretär des NvK Wigand Mengler aus Homberg an der Efze, so daß enge Bekanntschaft vorauszusetzen ist.*

[7]) *1452 IV 24.*

[8]) *1452 VI 8.*

⟨1452 März 7, Köln.⟩[1]) Nr. 2337

Aufzeichnung der von NvK für das Territorium Hessen[2]) erlassenen Bestimmungen zur Gewinnung des Jubiläumsablasses.

Or. oder Kop. (Papierblatt): Marburg, *StA, Karth. Eppenberg, s. d. ca. 1454.*

Tempus huiusmodi indulgenciarum incipit feria secunda post dominicam Misericordia domini durans usque ad festum Corporis Christi inclusive.

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.

Subscripta continentur in cedula, de qua fit mencio in bulla.[3])

Voluit r^{mus} in Christo pater dominus Nycolaus cardinalis legatus, quod incole ⟨et⟩ opidani ⟨in⟩ Cassel et in Martpurg xxiiii vicibus visitare teneantur ecclesias et cappellas ad hoc per patrem priorem de Carthusia[4]) deputandas, et in qualibet visitacione tali legere teneantur xl Pater noster et xl Ave Maria, decem *usw. wie* Nr. 1005 *Z. 27–28 bis* domino terre et x pro peccatis propriis et per vii ferias sextas ieiunare et per vii *usw. wie Z. 29–30 bis* abstinere et ad pias *usw. wie Z. 30–31 bis* Petri et Pauli apostolorum visitassent, contribuere debeant ad loca ad hoc deputanda.

Voluit eciam idem dominus *usw. wie Z. 36–38 bis* esse remissum.

Voluit *usw. wie Z. 39–40 bis* indulgencias huiusmodi, si saltem prescriptam penitenciam agerent preter contribucionem.

Item voluit, quod opidani et incole aliorum opidorum, castrorum, villarum et locorum de dominio dicti lantgravii per tres dies et vices ecclesias in altero predictorum opidorum in Cassel et in Marpurg designata⟨s⟩ et cum hoc suam ecclesiam matricem omni die per duodecim dies continuos vel interpellatos visitare et in qualibet tali visitacione xl Pater noster et xl Ave Maria similia legere, ieiunare, abstinere et, ut premissum est, contribuere teneantur.

Item voluit, quod, quecumque persona ob quodcumque impedimentum non posset accedere ad dictorum opidorum aliquas ecclesias in eisdem designandas vel eciam matricem ecclesiam visitare, quod illa cum consilio curati sui possit loco peregrinacionis huiusmodi in aliud pium opus commutare.

Item voluit, quod sacerdotes ultra premissa xii missas, quas voluerint, ac dyaconi et subdyaconi iiii psalteria ⟨legere⟩ teneantur. Que si ob *usw. wie Z. 54–55 bis* possint, confessor eorum hoc habebit commutare. Religiose *usw. wie Z. 55–58 bis* quicumque Rome in iubileo fuissent, possint, si velint *usw. wie Z. 58–59 bis* indulgencias promereri faciendo *usw. wie Z. 59 bis* quod contribuere teneantur.

Item voluit idem r^{mus} pater et dominus cardinalis, quod medietas illius contribucionis ad pios usus, scilicet ecclesiarum edificacionem seu reparacionem et pauperum sustentacionem, ⟨ordinabitur⟩, prout dicto domino lantgravio in dominio, in quo suam voluit onerare conscienciam, videretur. De alia autem medietate sanctissimus in Christo pater dominus *usw. wie Z. 66–67.*

Item cardinalis de speciali et expresso dicti domini *usw. wie Z. 69–70 bis* percepcione huiusmodi indulgenciarum *usw. wie Z. 70 bis* dei et indulgenciarum apostolicarum, cum sint *usw. wie Z. 71–78 bis* inobedientes ipsius indulgencie sunt incapaces.

Item omnes violatores *usw. wie Z. 79–80 bis* ecclesiam propter excommunicacionis sentenciam, quamdiu sic fuerint, similiter huiusmodi indulgencie sunt incapaces.

Item omnes usurarii *usw. wie Z. 82–84 bis* incapaces gracie supradicte.

Item omnes adulteri *usw. wie Z. 86 bis* peccatrices in hiis perseverantes peccatis huiusmodi gracie sunt incapaces.

Item voluit dominus *usw. wie Z. 88–89 bis* debeant in caritate et cum diligencia, ut a mala sua via recedentes deo promissa servent et restituant *usw. wie Z. 90–91 bis* restitucio fuerit facienda, et huiusmodi peccata *usw. wie Z. 92 bis* redeundi, si hanc indulgenciam voluerint promereri.[5])

---

18 ob: et.

---

[1]) *Das Datum in Anlehnung an* Nr. 2336*; s. dazu* Nr. 2336 *Z. 16. Wenn dort von* Nr. 2337 *in der Vergangenheitsform die Rede ist, so geschieht dies offenbar von der Perspektive des zukünftigen Empfängers von* Nr. 2336 *aus.*

[2]) *So die von etwas jüngerer Hand am unteren Rand der Rückseite ergänzte Bemerkung:* Ordinationes legati de latere cardinalis de Cusa tempore Nicolai pape V in territorio Hassie.

[3]) Nr. 2336*; s. dort Z. 16.*

[4]) *Also wohl von Eppenberg; s.o.* Nr. 2336 *Z. 15 und Anm. 2.*

[5]) *Von anderer Hand folgt sodann noch die Absolutionsformel wie* Nr. 1007, *jedoch mit kleineren Abweichungen:* 2 pape: pape in hac parte mihi concessa   ab omnibus: a   4 cum plenaria remissione: confessis et que libenter confiteri velles, si ea in memoria habetis, et impercior tibi indulgenciam plenarie remissionis. — *Ein beiliegender Zettel enthält die von seiten einer* domus Montis Sancti Iohannis Baptiste in Hassia provincie Almanie inferioris *(Eppenberg; s. Reimer, Historisches Ortslexikon für Kurhessen, Marburg 1926, 262) an einen* Anthonius prior domus [. . .] *(Rest fehlt) gerichtete Bittschrift zur Erteilung gewisser Erleichterungen bis zum nächsten Kapitel.*

Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.